



Vtrivsque arithmeticæ epitome

<https://hdl.handle.net/1874/400649>

VTRIVSQUE ARITHMETICES

Epitome ex uarijs autho-
ribus concinnata per
HVdalrichum
Regium.



M. D. XXXVI.

БУДУЩИЙ
ЧИСТЕНИЯ
КОТОРЫЕ
ПОСЛЕДОВАЛИ
ПОСЛЕДНИМ
СИДЯЩИМ
СИДЯЩИМ

СИДЯЩИМ

GALLVS MARIVS

candido Lectori S. D.



VE Madmodum apud
maiores nostros, candido
de Lector, doctos sem-
per floruisse legimus,
qui, ne suæ eruditio[n]is
monumenta quædam
interirent, non ob leuem popularis auræ
gloriæ captandæ, sed in utilitatem eorum
quorum animus tacito naturæ impetu ad
liberalia studia rapiebatur, præclara sui
ingenij opera & suis & posteris relique-
runt: ita & hodie uiros in omnibus disci-
plinis excellentissimos uidemus, qui tar-
dis & infelicibus quorundam ingenij[s]
subuenire cupientes, immodicos suæ do-
ctrinæ labores literis mandare uoluerūt.
Qua in res singularem animi mansuetudi-
nem, uoluntariamq[ue] promouendæ iuuen-
tutis operam cernere licet, cū quod Her-

A ii

Præfatio.

culeis laboribus est partum, tanta libera-
litate ad omnes emanat. Nam à natura
i. luitij pluribus est insitum, ut quod in-
genij industria sunt assecuti, id curiose ne-
dicam aurare penitus recondunt, quo glo-
riosius peculiarem ostentando artem lau-
dem uenari possint. Hoc itaq; maiori di-
ligentia gratum ostendere decet animū,
quo promptius ab aliquo beneficū pro-
ficiuntur. Eam ob rem maioribus nostris
omnium disciplinarum peritissimis plu-
rimum debemus, quibus prima cura fuit
ut nos suis uigilijs lucubrationibusq; su-
uarent, quod etiam alacri uultu, serena
fronte ac spontaneo sane animo fecerūt.
In quorum albo Huldrichum Regium
artium liberalium indagatorem solertis-
simum, sub quo preceptore cum ego tum
plures alij in ihs ipsis plurimum profeci-
mus non immerito numerandum arbí-
tror. Nam ut cæteras in eo artes præte-
ream, præsens hoc de Arithmeticā opus

in

Præfatio.

in lucem emittere uoluit, quo aliqua saltem utilitas ad omnes huius artis stu-
fos rediret, quanquam complures etiam
alios de hac disciplina accuratissime con-
scripsisse animaduerterit. Verum cum
alijs ardita quædam & sublimia, imo ab-
ditissima numeri mysteria excusserint,
quidam uero breuitatem sectantes, mire
spacious huius artis limites contraxe-
rint, adeo ut pigriora obtusioraq[ue] inge-
nia nullum fere inde sperare possint fru-
ctum, recte profecto egisse putamus, q[ue]
hoc inuenio decreuerit infirmo quorun-
dam intellectui esse consulen dum. Nam
multis natura ingenij præbuit sagacita-
tem intellectusq[ue] acrimoniam, ut ea in-
terdum assequantur quæ humanæ men-
tis capacitatem longe excedunt antecel-
luntq[ue], quibus non opus est laboriosa in-
hisce rebus uti in dagine. Complures ue-
ro reperias quos eadem natura neglectui
habuisse uideatur, si in addiscendis arti-

A iii

Præfatio.

bus spectaueris acumen animi: ab his nihil utilitatis , nisi præmansum in os inferratur , est sperandum. Quos merito gratulari iubeo , quod in ipsorum gratiam , hoc de numeri scientia opus tanto studio sit congestum , in quo author non immemor omnibus in rebus esse modum , nihil immiscuit quod alienum , nihil prætermisit quod necessarium esse uidebatur . Nam perlustratis uariorum authorum , qui de proprietate ac numeri disciplina tractauerunt libris , quaecunq; ad hanc artem attinebant collegit , atq; collecta (quod in tradendis doctrinis optimum esse creditur) hoc ordine digessit . Primū contemplatiuam numeri partem suis speciebus annexis artificiose deducit , sub qua numerum ad Geometricas figurās pertinentem complectitur . Hinc numerorum praxim contentasq; sub ipsa species præscribit , in quibus certe scitu dignissima explicat . Deinde horum omniū

præ-

Præfatio.

prædictorū fractiones seu partes eleganti docet breuitate. Mox Astronomicæ sequuntur fractiones. Sextū locum abacus quām mensam calculatoriam quibusdam līncis distinctam dicere possumus, additis, quocq; suis speciebus occupat. Posthęc regula aurea, quam Detri uulgo & corrupte appellitant traditur. Postremo p̄ter utilissima multa, iam non enumerata in calce huius librī inuentionem tum utilēm tum ualde necessariam Cycli Solaris Indictionis, & Aurei numeri, quo nemo quicq; defuderare posset, annexuit. Porrò quid dicam de huius scientię laudibus quām nemo hactenus improbauit & omnē scriptorum genus magno huius encomium celebret honore? Vereor ne aliquis idem mihi obijciat, quod Rhetorū quidam Herculis laudes enarrare uolens ab Antalcida Lacedemoniorum duce audire coactus est. Quis illum uituperat? Si autem id magnipendere uoluerimus,

A iiiij

Præfatio.

quod omnibus negocijs, contractibus &
officijs, universacj rerum serie præbet cer-
titudinem ac errorem qui ex immensa na-
ture uarietate interdum solet irrepere no-
stris eximit animis, laudatissimam pro-
fecto hanc artem experiemur, quæ hæc
omnia ex confesso in se complectitur: ni-
hil enim æque rerum infinitati est annex-
um ac ipse numerus. Cuius rei Boëtius
admirabilis ingenij Philosophus, & in p-
uestigandis naturæ mysterijs incredibili
prædictus solertia, præclarum nobis adfert
testimonium, quod hoc loco referre mihi
placuit, ut apud te eo facilius mihi sit fi-
des, simulq; hoc nobile studium obuijs
(quod aiunt) ulnis amplecti cures. Hæc
(inquit) cunctis prior est, nō modo quod
hanc ille huius mundanæ molis conditor
Deus primam suę habuit ratiocinationis
exemplar, & ad hanc cuncta constituit
quæcunq; fabricante cōcordiam: sed hoc
quocq; prior Arithmetica declarat, quod
quæ-

Præfatio.

quæcunq; natura priora sunt his sublati
simul posteriora tolluntur. Hæc itaq; dis-
ciplina, quæm numeralem scientiā, quod
numerorum supputandiq; rationem pre-
scribat, appellare licet, tanto commen-
dabilior tibi esse debet, quanto pruden-
tior ac cautior in tuis rebus agendis cu-
pias uideri. Quam in hoc præsentī opere
studiose collectā omnib; q; suis numeris
absolutā es habiturus. Ex quo, Lector a-
mice, depræhendis authoris tū diligentia
tū, quā erga te habet beneuolentiā, hinc
quia sincero animo hæc Arithmetices
præcepta humanis rebus Diuo Hyeroni-
mo ad Paulinum presbyterū teste utilis-
sima tibi cōmunicare uoluit, illinc quia
ad plenam huīis operis traductionem
cuncta solliciti expressit. Quonominē
amicissime Lector te adhortor, ut hoc
studium quod tam innumera secum ad-
fert commoda studiose amplectaris, pa-
riter ac pronam beneficiendi uoluntatē

A v

Præfatio.

æquo animo suscipias, Vale & Musas ex-
osculare. Friburgi Brisgoicæ
quinto Calendas Septem-
bris Anno à Virginis
partu, 1536.

Autoris Dodecastichon.

Pythagoram norunt omnes cui gloria princeps
In numeris magna non sine laude fuit.
Hunc dixisse ferunt illum recte omnia scire
Præferricq; alijs, qui numerare sciat.
Id Samij dictum, uero quia certius ipso,
Incertum nemo: nemo uocet dubium.
Quanta etenim uirtus & quanta potentia Arith-
Danda sit, hoc tenui tradidit elogio. (mis
Hanc etiam paucis libuit describere chartis
Atcq; adeo forma pingere rite sua.
Naturas igitur numerorum(candide Lector)
Pensites: & quæso, dexter adesse uelis.

TYPOGRAPHVS LECTORI.


Vulgaris Typographorum querela
est candide Lector, libros non ea di-
ligenzia reuoluti à Lectoribus qua excu-
duntur. Tametsi enim vulgo Typogra-
phi atariciæ insimulentur, eamq; ob cau-
sam tantum, talem credantur adhibere
diligentiam : pleriq; tamen lectorum
spectant magis commodum, quam pro-
prium, Atq; ob hanc causam, impeditis-
simum quandoq; ingredi non refugiunt
labyrinthum, modo quam plurimis pro-
fint, quod in hoc libello fecimus, in quo
excudēdo plus molestiæ experti sumus
quam cōmodi expectemus, propter ua-
rias linearum formulas, numeris tum di-
stinguendis tum segregādis aut alioqui
notandis parandas, præter quotidianam
artis Typographicæ praxim, quod fere
in mathematicis cōtingit. Quamobrem
huiusmodi libros carius distrahere cogi-
mūs


Præfatio.

mur, æquum est enim boui trituran ti pa-
bulū præbeatur. Quæ molestiæ partum
in causa fuerunt, cur nonnulla non tam
castigate quā uelimus, partim etiam q
autor libelli, procul habitas à nobis, pau
cas quasdam castigationes serius miterit
quam expungi potuerint, nempe char-
tis iam excusis. Quas tamen in mendar
um serie in more cōsucto redegissemus,
nisi tam paucæ et eiusmodi fuissent quæ
uel a sciolis & Arithmetices tyronibus
facile emendari possent, et nos angustia
temporis propter instates nundinas ita
constricti fuissimus, ut excusa reuoluere
non uacaret. Hanc admonitiunculam si
bi candide lector, indicis mendarū loco
scripsimus, ut ad ferendum laboris non
nihil nobiscū te hortaremur. Quid enī
opus ijs premansum cibum in os ingere-
re, qui probe dentati, per se queunt man-
deret. Itaq; nostrum hunc quantulūcunq;
laborē

Præfatio.

laborem boni consulito, atq; libellum
hunc, tibi quam mihi commodiore præ-
cio laboribus longe minori liberaliter
emito, & alios ubi fructum gustaris ad
emendum hortator. Quod si feceris
alias emaculatiorē fauente Deo
cundem excudemus, atq; in
hanc spem linearū & tabu-
larū formulas seruabimus.
Vale, Calendis Septem-
bris, Anni 1536.





Arithmetices epitome liber I: I
DE NUMERI DEFINITIONE.
CAPVT. I.

NUMERVS Definitore Iordanus,
est quantitas discretorum collectiva, vel
ut Boetius ait. Est multitudo ex unitati
bus aggregata. Ex his sequitur unitatem
non esse numerum. Id quod alios quoque
rationibus ostendi potest. Ut omnis nu-
merus semel in se ductus, alium pducit
Unitas autem semel in se ducta, alium
non producit. Ergo &c: Item omnis nu-
meri pars est unitas, Unitatis autem pars
unitas non est. Unitas ergo numerus non
est.

Ad ea quae in hac Arithmetices parte
tractantur, apertius intelligenda, voce
quædam declarandæ sunt, ut

Naturalis numerorum series dicitur,
in qua secundum unitatis adiectionem
sit eorum deductio.

B

Arithmetices

Differentia numerorum, est numerus,
quo maiorem minorem superat

Numeri a se aut ab alijs æquidistant, cū
eorundem æquales sunt differentiæ.

Numerus per alium multiplicatur, qui
toties in uno repetitur, quoties unitas
est in altero, Quiq; ex istac multiplicati
one fit, productus appellatur.

Numerus alium numerare dicitur, qui
in alium ductus, eundem producit. Du
cere ergo est multiplicare.

Pars, est numerus numeri, minor qui
dem maioris.

Denominans, est numerus iuxta quē
sumitur pars, in suo toto.

Similes dicuntur parteis, quæ ab eodē
denominantur numero.

Omnis numeri pars est unitas

PROPRIETATES.

Omnis numerus, est medietas duorum
proxime vtriusq; positorum, & coniunc
torum. vt, 234

Ois

Omnis præterea nūerus, est medietas
duorum vtricq; positorum & æqualiter
ab eo distantium pariter & coniunctorū
vt. 468

DE PRIMA NUMERI DIVISIONE. CAP:II.

Dividitur numerus primo in parē & ī
parem. Par est, (vt Placentinus definit)
qui in duo æqualia diuidi potest, vnitate
média non interueniente. vel est, (vt Py
thagoras ait) qui eadem partitiōe in ma
xima minimaq; dirimitur. Impar ex op
posito definitur. INVENTIO

Præscriptis naturali serie numeris, pa
res & impares alternis vicibus deduci ne
cessē est. vt, 1 2 3 4 5 6 &c vnde huiusmodi
pprietas ponitur. Si numerorū ab vnitate
te pporcionaliū secūdus ab vnitate fue
rit par reliquos omnes pares esse, si īpar,
&cæteros impares esse necesse est. vt

2468 10

3579 11

Bz

Arithmetices

Si par et impar coniunguntur, compo-
situs erit impar. vt

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
3	5	7	9	11	13	15	17	19	21	23	25

Impar impari additus, parem producit
par autem seipsum. vt

3	4	9	6	7
1	2	3	4	5
4	6	8	10	12

Impares numero, pares coniuncti, parē
producunt. numero autem impares, im-
parem. vt,

3	5	7	9		3	5	7
24					15		

Omnis numerus, in parem ductus, eum
dem producit. vt,

4	6	8	10
3	4	5	6
12	24	40	60

Impar

Epitome Lib:I. III.

Impar in imparem ductus se producit,
hoc est vt Iordanus dicit, Impar imparē
numerans, secundū imparem numerat.

vt

3	5	7
1	3	5
3	15	35

Inter parem & imparē, vel nullus, vel
duo mediant, si duo vnuſ par & alter im-
par erit. vt

2	3		2			5
			3	4		

Si par in duas secatur parteis æquales,
& vna par fuerit: altera quoq; par erit, si
impar: & altera impar. vt,

8	10
4	5
4	5

B 3

Arithmetices

		Pariter par
		Parit ipar.
	par duplices habet	iparit par.
Porro	species quarum v-	Perfectus.
nume-	traq; triplex est.	Diminut:
rus		Superfluu
	Impar est triplex.	Primus.
		cōpositus.
		adalte:pri:

DE Pariter pari.

CAPVT: III.

PAriter par, est nūerus par, cuius par-
tes æqualium sectionem ad vnitatē vsc
admittunt. vel secundum Iordanū, Pa-
riter parest, quē nullus impar numerat,
præter vnitatem. Hanc autem clausulā
(scilicet præter vnitatē) Caspar Lachs
adñcit. INVEntio ex proprietate.

Omnis pariter par, sumitur ex ordine
dupliciū ab uno cōtinue sūptor, ita enī
semper

semper precedens in binarium ductus sequentem producet. vt,

multiplic	1	2	4	8	vel	4	8	16	32	B
	2	2	2	2	parit	2	2	2	2	altiplic
	2	4	8	16	parē	8	16	32	64	pliplic

Proprietates,

Quælibet pariter pars pars, nomine & quantitate par est, Nomine, quia denominationem habet à pariter pari.

Quantitate, quod ea ipsa numerus sit pariter par.


Pariter pares ab uno, adnumerata unitate, coniuncti, sequentē minus uno constituant. Vnde & omnes diminuti sunt.

vt,


1	2	4	8	16	32
3	7	15	31		

pariter parium continue dispositorum si series impar est, ducantur extrema in se, & productum æquabitur non tamen medio in se ducto, sed & circumspositis ut ad series finem. vt

B 4



Sivero series par fuerit productum ex
tremorum æquabitur duobus medijs in
se ductis. & deinde cæteris, qui medijs al
trius secus adjiciuntur, ad finem usq[ue] seri
ei. vt,



Pariter par in pariter parem ductus, p
ducit pariter parem. Vnde quicunq[ue] pa
riter pare numerat, idem quoq[ue] pariter
par est.

DE PARITER IMPARI CAP.

PAriter impar est numerus par cuius media partitionem æqualium non admit tunt. vt 18.

INVENTIO.

Pariter impares fiunt ex imparibus ab vnitate naturaliter sumptis, in quos si binarius ducitur. vt,

multipli-	1	3	5	7	9	11	multipli-
ca.	2	2	2	2	2	2	ca.
	2	6	10	14	18	22	

PROPRIETATES.

Omnis numerus, cuius medietas est impar, pariter impar est.

Pariter imparis partes & quantitate & denominatione discrepant. Nam si qualitas est par, denominatio erit impar, & contra.


Inter continuos duos & proximos pa-

Arithmetices

riter impares, tres nūeri naturaliter dis-
positi median. vt,


1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
	2				6				10		

Omnis pariter impar est medietas du-
orum pariter imparium, vtrinq; æquali-
ter distantium & naturali serie iunctorum.



Omnes item pariter impares quaterna-
rio se excedunt, vt præcedenti exemplo
vides. Vnde differentias eorum æquales
esse necesse est.

Pariter imparium pari & naturali serie
dispositorum, duo medij coniuncti suis
numeris vtrinq; ad unitatē usq; positis
& collectis æquantur, vt,



Pariter impares numero impares ad se additi producunt pariter imparem. vt

6	10	14	Pariter impares
	30		Pariter impar.

Impar in pariter imparcm ductus, producit pariter imparem.

Pariter impares commode fiunt ex partibus à binario naturaliter deductis vno & semper intercepto. vt,

	2	4	6	8	10
	2		6		10

Arithmetices
DE IMPARITER PARI
CAPVT V.

Impariter par est numerus par, cuius æqualium sectio, non ad unitatem usque peruenit. Vnde Iordanus Impariter par (inquit) est, quæm quidam par secundum parem, & quidam, secundum imparem complet.

INVENTIO

IMP Ariter par & pariter pari & pariter impari adsimulatur. Nam utriusque vices gerit, & proinde quum pariter par a paribus ab unitate duplatis fiat. Pariter impar autem ab imparibus a ternarioorum ducentibus, hunc quoque numerum ex utroque fieri conuenit. Impares igitur a ternario deducti & per pariter pares, a quaternario descriptis multiplicati, producunt Impariter pares. vt

4 8 16 32 64 &c.

3 5 7 9 11 &c.

12	24	48	96	192	Impariter pares ex ductu pariter ipar: i par: par:
20	40	80	160		Impariter pares ex ductu secundi imparis in pariter parem
28	56	112			Impariter pares ex ductu tertij imparis in pariter pares
36	72				Impariter pares ex ductu quarti imparis in pariter pares

PROPRIETATES

Omnis impariter paris parteis quædam denominatioē & quantitate conueniunt quædam vero discrepant. vt 12 habet binarium partem quantitate & denominacione parem. Denominatur enim à parti 6 quia binarius sexta pars est 12. Denominatione præterea pars est, quia 6 est secunda pars siue medietas 12. Porro idem numerus 12 habet ternarium partē quan-

Arithmetices

titate imparem, sed denominatione par
rem. est enim quarta pars 12.

Numerus abinario non duplus, cuius
medietas par, impariter par est, vt

12	20	24	Impariter pares.
6	10	12	
3	5	6	Parteis eorum
		3	

Ex ductu pariter paris in impariter pa
rem, fit Impariter par. vt,

12	20	24	Impariter pares.
4	8	16	Pariter pares.
48	80	96	Impariter pares, ex ductu primi parit̄ pa ris in imparit̄ parem.
96	160	192	Impariter pares ex ductu secūdi parit̄ pa ris in imparit̄ parem.
192	320	284	Impariter pares, ex ductu tertij parit̄ pa ris in imparit̄ parem

Epitome Lib:I. VIII

Omnis impariter par fit ex ductu pariter paris in pariter imparem. Hinc numerum est, quod omnē impariter parem numerat pariter par impariter. vt,

6	10	14	pariter Impares
2	4	8	Pariter pares
12	20	28	Impariter pares ex ductu pri par: par: i pa: ipa
24	40	56	Impar: par: ex ductu secū: par: par: i ipa: ipa
48	80	112	Impar: par: ex ductu ter: par: par: i ipar: ipa

Si pariter impari ad binariū iungatur impariter par, proueniet pariter impar.

vt,

6	2	12
---	---	----

 faciunt 20

Si pariter impares numero pares co-
ceruentur, compositus erit vel pariter
par, vel impariter par. vt

Arithmetices

	6	10	pariter impares
		16	pariter par
	6	10	14
		18	pariter impares
		48	impariter par
Pariter pares duobus plures ad se additi constituant Impariter parem ut			
4	8	16	pariter pares
	28		impariter par

DE PERFECTO CAPVT VI

Nunc de cæteris paris numeri spetibus dicendū est. & primo de perfecto.

Perfectus igitur est numerus par, cuius partēs omnes coniunctæ summam totius præcise constituunt. Pars hoc loco est, quæ aliquoties sumpta, totum in vnguem metitur.

INVENTIO

Pariter pares ab unitate naturali serie
descripti

Epitome Lib. I

I

descripti per additionem colligantur & si in vnum ita con-
gesti, numerum primum constituerint, in eundē primū scilicet
& incompositū ducatur collectorum maximus & in producto perfectus apparebit.

vt

1	2	4	8	16	32	64	128	256	512	1024	2048	4096
3	7											8191
6	28											33550336
		496										
			3128									

C

Arithmetices

Sunt autem perfecti admodum pauci
in monadicis enim solus, est .6. In deca-
dics .2.8. In hecatondicis .496. in chilia-
dibus .8128. Et quintus est .33550336

Proprietates.

Perfectus alternatim īā ī senarium.
sam ī octonarium definit.
cæteræ, si quæ sunt, pprietates ex dimi-
nuto & superfluo dependent.

De Diminuto & superfluo.

Caput VII.

Diminutus est numerus par quidem,
cuius tamen partes minus toto statuunt.
Hic & imperfectus dicitur.

Superfluis est numerus par cuius par-
tes coactæ summam totius excedunt.
Vocatur etiam abundans.

Diminuti & superflui multi varijs
sunt, ac sine villa ordinis obseruatione dis-
persi. Vnde & inuentio eorum incerta
est

Epitome Lib:I X

est & vagabunda. Est tamen aliqua inveniendi ratio.

Inuentio Diminuti.

Omnis Pariter par, omnis item numerus primus est diminutus, sed nō solus, vt,

2	4	8	16	pariter pares sunt diminuti.
1	3	7	15	Partes.

3	5	7	Primis sunt diminuti.
1	1	1	Partes.

Sunt & alijs præter pariter pares & primos, quorum partes Diminutos consti-tuunt. vt,

10	15	Diminuti præter pariter pares & primos,
8	9	Partes.

Inuentio Super
flui.

C 2

Arithmetices

Abundans comodissime per .60. mē
suratur. Omnes enim huius numeri par-
teis (quæ & ipsæ numerorum censentur
nomine) abundantes sunt.

Proprietates.

Quencunqz perfectus, aut abundans
numerat, idem quoqz abundat.

Omnis perfectum numerans, est dimi-
nutus.

DE Numero impari.

Caput VIII.

Numerus impar est, qui in duo æqua-
lia non potest diuidi. Inventionem & p-
rietates quære supra de prima numeri
diuisione.

Imparis tres numerantur species.
Primus Secundus & ad alterū primus

DE Primo & secundo.

Caput IX.

Primus

Primus numerus est, quem sola metitur unitas. Hic alio nomine dicitur **Incompositus**. Quia si duo vel plures Incompositi inter se comparantur, contra se primos nominant. ut 3 & 5.

Porro numerus numerum metiri dicuntur, quum vel semel, vel bis, vel ter, vel quarties velis, numerus numero comparatus eundem totum praeceps constituit.

Numerus secundus est quem praeter unitatem, aliis mensurat. Compositus alias vocatur. Si huius generis plures sunt Commensurabiles seu communicantes appellantur, ut, 9 & 12.

Inuentio Primi ex proprietate.

Omnis numerus Primus aliquis inparium est ita deductorum, ut qui post nullum impariem aut aliquem supra ipsum, totus veniat, quotus aliquis imparium fuerit ab unitate, ut. 5 primus est,

Aarithmetices

sed non totus post aliquem imparium,
quot impar ille ab vnitate est. Nā 5 est
primus post 3 in naturali numerorū seri
e. At 3 est tertius ab vnitate. Itē 7 est se
cundus a 3 qui tertius est ab vnitate. Nō
est igitur idem ordo primi ad imparem,
& imparis ad vnitatem. Quotus & totus
vt Tertius. Quintus Septimus. vt,



1	2	3	5	7	11	13	17	19	23	29	31	pri
---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	-----

Inuentio Compositi.

Omnis numerus compositus post ali
quem imparium naturali serie disposito
nū totus est, quotus numerus ille impar,
ab vnitate est, aut post aliquem supra ip
sum imparem totorum totus, vt dispo
nuntur impares naturali serie, ita

1 3 5 7 9 11 13 15 17 19 &c: Iam
ternarius est ab vnitate tertius, sumatur

ergo

ergo tertius in impariū serie post ternarium exclusus, nempe . 9. Hic ergo per primam partem huius proprietatis est Compositus, tertius enim est post imparium aliquem, ut potest post ternarium,

Totia. 7.								
Totia. 5.								
Totia. 3.								
Impares.								
Compositi.								
Primi.	3	5	7	9	11	13	15	17
	9	15	21	27	33	39	45	51
	15	21	27	33	39	45	51	57
	21	27	33	39	45	51	57	63
	27	33	39	45	51	57	63	69
	33	39	45	51	57	63	69	75
	39	45	51	57	63	69	75	81
	45	51	57	63	69	75	81	87
	51	57	63	69	75	81	87	93
	57	63	69	75	81	87	93	99
	63	69	75	81	87	93	99	105
	69	75	81	87	93	99	105	111
	75	81	87	93	99	105	111	117
	81	87	93	99	105	111	117	123
	87	93	99	105	111	117	123	129
	93	99	105	111	117	123	129	135
	99	105	111	117	123	129	135	141
	105	111	117	123	129	135	141	147
	111	117	123	129	135	141	147	153
	117	123	129	135	141	147	153	159
	123	129	135	141	147	153	159	165
	129	135	141	147	153	159	165	171
	135	141	147	153	159	165	171	177
	141	147	153	159	165	171	177	183
	147	153	159	165	171	177	183	189
	153	159	165	171	177	183	189	195
	159	165	171	177	183	189	195	201
	165	171	177	183	189	195	201	207
	171	177	183	189	195	201	207	213
	177	183	189	195	201	207	213	219
	183	189	195	201	207	213	219	225
	189	195	201	207	213	219	225	231
	195	201	207	213	219	225	231	237
	201	207	213	219	225	231	237	243
	207	213	219	225	231	237	243	249
	213	219	225	231	237	243	249	255
	219	225	231	237	243	249	255	261
	225	231	237	243	249	255	261	267
	231	237	243	249	255	261	267	273
	237	243	249	255	261	267	273	279
	243	249	255	261	267	273	279	285
	249	255	261	267	273	279	285	291
	255	261	267	273	279	285	291	297
	261	267	273	279	285	291	297	303
	267	273	279	285	291	297	303	309
	273	279	285	291	297	303	309	315
	279	285	291	297	303	309	315	321
	285	291	297	303	309	315	321	327
	291	297	303	309	315	321	327	333
	297	303	309	315	321	327	333	339
	303	309	315	321	327	333	339	345
	309	315	321	327	333	339	345	351
	315	321	327	333	339	345	351	357
	321	327	333	339	345	351	357	363
	327	333	339	345	351	357	363	369
	333	339	345	351	357	363	369	375
	339	345	351	357	363	369	375	381
	345	351	357	363	369	375	381	387
	351	357	363	369	375	381	387	393
	357	363	369	375	381	387	393	399
	363	369	375	381	387	393	399	405
	369	375	381	387	393	399	405	411
	375	381	387	393	399	405	411	417
	381	387	393	399	405	411	417	423
	387	393	399	405	411	417	423	429
	393	399	405	411	417	423	429	435
	399	405	411	417	423	429	435	441
	405	411	417	423	429	435	441	447
	411	417	423	429	435	441	447	453
	417	423	429	435	441	447	453	459
	423	429	435	441	447	453	459	465
	429	435	441	447	453	459	465	471
	435	441	447	453	459	465	471	477
	441	447	453	459	465	471	477	483
	447	453	459	465	471	477	483	489
	453	459	465	471	477	483	489	495
	459	465	471	477	483	489	495	501
	465	471	477	483	489	495	499	505
	471	477	483	489	495	499	505	511
	477	483	489	495	499	505	511	517
	483	489	495	499	505	511	517	523
	489	495	499	505	511	517	523	529
	495	499	505	511	517	523	529	535
	499	505	511	517	523	529	535	541
	505	511	517	523	529	535	541	547
	511	517	523	529	535	541	547	553
	517	523	529	535	541	547	553	559
	523	529	535	541	547	553	559	565
	529	535	541	547	553	559	565	571
	535	541	547	553	559	565	571	577
	541	547	553	559	565	571	577	583
	547	553	559	565	571	577	583	589
	553	559	565	571	577	583	589	595
	559	565	571	577	583	589	595	601
	565	571	577	583	589	595	599	605
	571	577	583	589	595	599	605	611
	577	583	589	595	599	605	611	617
	583	589	595	599	605	611	617	623
	589	595	599	605	611	617	623	629
	595	599	605	611	617	623	629	635
	599	605	611	617	623	629	635	641
	605	611	617	623	629	635	641	647
	611	617	623	629	635	641	647	653
	617	623	629	635	641	647	653	659
	623	629	635	641	647	653	659	665
	629	635	641	647	653	659	665	671
	635	641	647	653	659	665	671	677
	641	647	653	659	665	671	677	683
	647	653	659	665	671	677	683	689
	653	659	665	671	677	683	689	695
	659	665	671	677	683	689	695	701
	665	671	677	683	689	695	699	705
	671	677	683	689	695	699	705	711
	677	683	689	695	699	705	711	717
	683	689	695	699	705	711	717	723
	689	695	699	705	711	717	723	729
	695	699	705	711	717	723	729	735
	699	705	711	717	723	729	735	741
	705	711	717	723	729	735	741	747
	711	717	723	729	735	741	747	753
	717	723	729	735	741	747	753	759
	723	729	735	741	747	753	759	765
	729	735	741	747	753	759	765	771
	735	741	747	753	759	765	771	777
	741	747	753	759	765	771	777	783
	747	753	759	765	771	777	783	789
	753	759	765	771	777	783	789	795
	759	765	771	777	783	789	795	801
	765	771	777	783	789	795	799	805
	771	777	783	789	795	799	805	811
	777	783	789	795	799	805	811	817
	783	789	795	799	805	811	817	823
	789	795	799	805	811	817	823	829
	795	799	805	811	817	823	829	835
	799	805	811	817	823	829	835	841
	805	811	817	823	829	835	841	847
	811	817	823	829	835	841	847	853
	817	823	829	835	841	847	853	859
	823	829	835	841	847	853	859	865
	829	835	841	847	853	859	865	871
	835	841	847	853	859	865	871	877
	841	847	853	859	865	871	877	883
	847	853	859	865	871	877	883	889
	853	859	865	871	877	883	889	895
	859	865	871	877	883	889	895	901
	865	871	877	883	889	895	899	905
	871	877	883	889	895	899	905	911
	877	883	889	895	899	905	911	917
	883	889	895	899	905	911	917	923
	889	895	899	905	911	917	923	929
	895	899	905	911	917	923	929	935
	899	905	911	917	923	929	935	941
	905	911	917	923	929	935	941	947
	911	917	923	929	935	941	947	953
	917	923	929	935	941	947	953	959
	923	929	935	941	947	953	959	965
	929	935	941	947	953	959	965	971
	935	941	947	953	959	965	971	977
	941	947	953	959	965	971	977	983
	947	953	959	965	971	977	983	989
	953	959	965	971	977	983	989	995
	959	965	971	977	983	989	995	1001

Arithmetices


9	15	21	compositi.
3	5	7	Primi.
3	3		

Impossibile est duobus contra se primis tertium in continua proportionalitate applicare.

Denumero Ad alterum primo.

Caput X.

Tertia species Imparis est numerus ad alterum primus, Hic per se quidē Secundus est & compositus: ad alterū vero si comparetur, primus & incompositus est vt 9 ad 16, Quia 9 ternario ter sumpto mensuratur. at 16 ternarius nō numerat. i. aliquoties sūptus non cōstituit, ita q̄ huius generis numeri, quia præter vni tatem non habent aliam partem numerantem contra se primi dicuntur. Numeri vero numerantem habentes vocantur commūcantes siue commensurabiles. vt 9 & 12.



Hactenus de simplici numeri consideratione dictum: Nunc de numero agemus respectivo. Numerus igitur relative i.e. ad aliquid consideratur secundum æqualitatem & inæqualitatem. Quicquid enim in comparationem & respectum venit, aut secundum æquale fit aut inæquale. quorū illud semper uno modo, hoc aut secundum maius & minus contingit.

Duorum porro numerorum respectū, secundum maius qui fit, Inæqualitatem vocant maiorem. Alterū vero minorem inæqualitatem.

Estq; inæqualitas maior, quando numerus maior ad minorem confertur. vt,
4 ad 2 Minor inæqualitas vt 2 ad 4.

De Speciebus Inæqualitatis.

Caput XI

MAioris inæqualitatis species numerantur

Epitome Lib:I XIII.

rantur quinque. ut multiplex, Superparticularis, Superpartiens, Multiplex Superparticularis & Multiplex Superpartiens.

De Multiplici.

Caput XII.

Multiplex est cum numerus maior minore aliquoties praeceps continet. ut bis, ter, quater, &c Huius species infinitae sunt, nam secundum quod minorem varie continet, nomen quoque variat. ut si minorem bis habuerit nominabitur Duplus. si ter, Triplus, si quater, Quadruplus, &c.

Inuentio Dupli.

Præscribantur a binario pares, qui bus ab unitate impares comparentur. vs

2	1
4	2
6	3
8	4

Arithmetices
Inuentio tripli.

Præscribantur à ternario numeri hoc modo vt post singulos binarius intermitatur: ad quos deinde numeri ab unitate continui conferantur. vt,

3	1
6	2
9	3
12	4
15	5

Inuentio Quadrupli & aliorum.

Pingantur a quaternario numeri sic, vt post singulos ternarius negligatur, Ad q̄s postea numeros ab unitate continuos referas. vt,

Eadem proportione quot-
quot multiplicis species ha-
bere libuerit, inuenies.

4	1
8	2
12	3
16	4

Ad

Ad omnem inæqualitatis species rem
præsentandam duo numeri sunt necessaria.

Omnis numerus, ad unitatem si referatur, species est multiplicis.

Si duo multiplices eiusdem speciei coniuncti fuerint, cōpositus erit multiplex:

De Superparticulari.

Caput. XIII.

Superparticularis (secunda maiorum inæqualitatis species) est numerus totū sibi comparatum & aliquotam comparati partem in se habens, vt, 4 ad 3. Est autē pars aliqua numeri, quæ aliquoties accepta totum præcise constituit, vt, 3 ad 2. Nam ternarius binarium non solum totum habet, sed & eiusdem dimidium. Ita 4 ad 3, hoc est. Quaternarius ternarii totum & tertiam eiusdem ternarii

Arithmetices

partem, quæ unitas & tertia est, continet.

Inuentio Superparticularis.

Superparticulares nascuntur, Si praescriptis numeris a binario continuis, sequens ad immediate precedentem comparetur. vt,

2	Sesquialter.
3	Sesquitertius.
4	Sesquiquartus.
5	Sesquiquintus.
6	Sesquisextus.
7	Sesquiseptimus.
8	Sesquioctauus.
9	

Inuentio Sesquialteri.

Numeri a ternario duobus semper post quamlibet, intermissis continuo quos

Epitome. Lib: I. XVI

(quos nonnulli Triplos vocant) ad partes a binario naturaliter præscriptos cōparati Sesquialteros producunt. vt,

3	2
6	4
9	6
12	8
15	10
18	12

Sesquialteri.

Inuentio Sesquitertijs & aliorum

Simili modo nūeri a quaternario tribus semper omissis continui comparati ad numeros a ternatio, duobus semper neglectis, procedentis, Sesquitertijs cōstituunt. Eadem deinde proportiōe numerorum obseruata quotquot volueris, Superparticularis species inuenire licebit. vt,

Arithmetices

4	3
8	6
21	9
16	12
20	15
24	18

Sesquitertiij

5	4
10	8
15	12
20	16

Sesquartii.

6	5
12	10
18	15
24	20

Sesqui quinti.

Proprietates:

Omnis superparticularis: minorem & subtiliorem se, Superparticularem post se habet. Huic proprietati Hemitoniorum ratio subiacet.

Minor autem superparticularis est, qui a maiore numero suam habet appellationem.

Sicutius ad alterum ratio fuerit multiplex: totius ad maiorem proportio erit super

Epitome Lib.I. XVII.

Superparticularis,

Sola superparticularium sesquialtera est: quæ cum nulla multiplice, multiplicem facit superpartientem.

Numeri ab unitate si pingantur: duo priores Multiplicem: cæteri vero superparticularium species constituent.

Omnis superparticularis adiuncta superpartiente: proportionem producit tripla minorem.

Diuersi Superparticulares duo coiuncti vel duplam vel superparticularē efficiunt vel superpartientem.

De Superpartiente.

Caput XIII.

Superpartiens (Tertia maioris inæqualitatis species) est, quum numerus maior minorem totum cum aliquot ei-

D

Arithmetices

usdem partibus compræhēdit, vt 9 ad 7
Sunt autem superpartientis partes non
aliquotæ, vt in Superparticulari, in hoc
enim partes sunt vt medietas, Tertia,
Quarta, &c. At in illo partes, vt Duæ,
Tres, Quatuor, &c. Huiusmodi igitur
partes in Superpartiente sunt, quæ Mi-
noris partem aliquotam non efficiunt.
Denominatur enim supertiens à nume-
ro partium numeri minoris, quæ ultra
ipsum in maiore continentur, vt Maior
Minorem totum habens & Duas
ipsius partes vocatur Superbipartiens
vt 5 ad 3 vel 7 ad 5, Præter totum autē
si tres Minoris partes in Maiore fuerint
Nominetur Supertripartiens.

Inuentio Superpartientis.

Numeri à ternario continuo compa-
rati

Epitome Lib:I XVIII

ratiad impares a quinario cōtinuos, Superpartientes constituunt. vt,

5	3	Superbipartientes.	Primus
7	4	Supetripartientes.	
9	5	Superquadripartien.	
11	6	Superquintipartiētes.	
13	7	Supersextipartiētes.	
15	8	Superseptipartiētes.	

Inuentio Superbipartientis &
aliarum specierum.

Superbipartientes sūnt: si in primi superbipartientis numeros ducatur binarius, vt bis 5 sunt 10 bis 3 sunt 6 Postea in productum illud, quod secundum superbipartientem iam indicat idem binarius ductus tertium superbipartientem producit. Ita quoque binarius in proxime productos terminos ductus, alium proximum Superbipartientem

D 2

Arithmetices

procreat. Simili modo ternarius multiplicatus per primum Supertripartientē producit secundum Supertripartientē, Itemq; ternarius in secundum Supertripartientē, Itemq; ternarius in secundum Supertripartientem ductus, constituit tertium Supertripartientem &c. Ita Quaternarius in Superquadripartientē ductus, Superquadripartientem facit &c. vt,

5	3
10	6
20	12
40	24

Superbi-
partientes

7	4
21	12
63	36
189	208

Super-
triparti-
entes.

9	5
36	20
144	80
576	720

Superqua-
dripartientes.

Proprietates:

Omnis superpartiens maiorem supra se Superpartientem relinquit

Numeratur

Epitome. Lib.I. XIX

Numerantur potius & denominantur
partes superpartientis.

Superpartiens si componatur: ad ma-
iorem erit superpartiens: ad Minorem
vero Multiplex superpartiens.

Quilibet duo superpartientes coniūc-
ti proportionem quadrupla minorem
constituunt.

Quiuis superpartientes in superparticu-
lares reduci possunt.

De Multiplici super-
particulari.

Caput XV.

Multiplex superparticularis (qua-
rta maioris inæqualitatis species) est cū
numerus maior minorem aliquoties in-
cludit cum eiusdē aliquota parte, vt mi-
norem bis cum sua medietate continens
est Duplus sesquialter. Si ipsum bis cū
tertia, vocatur Duplus sesquitertius. Si
ter cum tertia, nominatur Triplus sesq-

tertius

Arithmetices

tertius. &c Et sic species multiplicis superparticularis ex multiplici & superparticulari & superparticularis aliquo-
ra parte in infinitum extendi possunt.

Intentio multiplicis superparticularis

Ad impares a quinario signatos adaptentur numeri a binario nullo intermisso descripti, vt,

5	2
7	3
9	4
11	5

Duplisuperparticularares

A septenario scribantur numeri duobus semper intermissis ad quos numeri binarium sequentes adplicantur. vt,

7	2
10	3
13	4
16	5

Triplisuperparticularares

Quadrus

Quadruplici Superparticulares inueniuntur. si a Nouenario, tribus semper neglectis, numeri præscribantur, quibus numeri a binario positi adcommodari debent. Quincupli fiunt si ab vndenario, quatuor obmissis, numeremus: & numeros applicemus a binario signatos Simili modo iuxta proportionem numerorum intermitten dorum quotquot habere volueris, multiplices superparticulares, inuenies. Semperq; fieri ut numeri a binario positis speciabus accommodentur. Horum omnium hanc imaginem accipito.

D 4

**Arithmetices
Post**

Epitome Lib: I XXI.

Inuentio specierum Multiplicis
Superparticularis.

Dupli Sesquialteri fiunt si numeri à binario pares conferantur ad numeros à quinario scriptos eodemq; se superātes.
vt. A

Tripli a ternario sumpti & ad septenarium numerosq; eodem se transcendententes relatū Duplos sesquitertios constituunt. vt, B

Quadruplicis à quaternario descriptis accommodentur numeri à nouenario semper nouenario maiores, & fiunt sesqui-quarti. vt, C

Ex quincuplis & vndenarijs nascuntur Dupli sesquiquinti. vt, D

Simili numerorum seruata proportio-ne multas alias species inuenire licebit.

D,

Arithmetices

Sesquialteri

5	2
10	4
15	6
20	8

A

Sesquitertij

7	3
14	6
21	9
28	12

B

Dupli

Sesquiquarti

9	4
18	8
27	12
36	16

C

Sesquiquinti

11	5
22	10
33	15
44	20

D

Ex paribus à binario & septenarijs a septenario digestis Tripli fiunt Sesqui alteri. vt A

Ex Triplicis a ternario, & Denarijs a denario dispositis fiunt tripli sesquiterii. vt, B.

Ex tredecim, & ex decies & ter se transilientibus: adhibitis a quaternario quadruplicis sunt Tripli sesquiquarti. vt C

Consimili extensione per proportionem facta plures inquiruntur species.

Tripli

Sesquialteri Sesquertiij Sesquiquarti

7	2
14	4
21	6
28	8

A

10	3
20	6
30	9
40	12

B

13	4
26	8
39	12
52	19

C

Sola superparticularium sesquialtera multiplicem superparticularem producit multiplex superparticularis adiungit simili multiplici, Superparticularē denominatam à numero qui fit ex ducitu multiplicis in partem.

Superparticularis & Multiplex superparticularis cum eadem Multiplici proportiones similes constituunt.

Si maioris ad minorem proportio multiplici iungitur productum erit aut multiplex, aut multiplex superparticularis, aut multiplex superpartiens.

De Multiplici Superpartiente.

Caput XVI.

multiplex

Epitome Lib.I. XXIII.

MUltiplex Superpartiens (quinta maioris inæqualitatís species) est cum maior numerus minorem, cui comparatur, aliquoties vna cum aliquot eiusdem partibus includit. vt 13 ad 5. Et sane hæc species totum à multiplici: parteis autem à Superpartiente sumit. Et ab utriusque variata multitudine species multiplicis superpartientis denominatur. vt, duplus

Triplus

Quadruplus Superbipartiens Supertripartiens. Superquatripartiens.

Octonarij ab octonario: & à Ternario Tripli Duplos Superbipartientes efficiunt vt.

8	3
16	6
24	9
32	12

Arithmetices

Vndenarij ab vndenario: & Quaternarij a Quaternario pgressi Duplos supertripartientes constituunt. vt,

11	6
22	8
33	12
44	16

Decimiquarti a Quatuordecim: & a Quinario descripti Quinarij Duplos faciunt superquadriparcientes. vt,

14	5
28	10
42	15
56	20

Vndenarij ab vndenario & a Ternario Ternarij statuunt Triplos superbipartientes. vt,

Epitome. Lib: I. XXIII

11	3
22	6
33	9
44	12

A quindecim Denarij quinarij ad qua ternarios a Quaternario inchoantes cōparati Triplos producunt Supertipartientes. vt,

15	4
30	8
45	12
60	16

Ita species Multiplicis superpartien
tis produces in infinitum si semper pro
Maiore numerum acceperis, qai proxī-
me sumptum ternario excedat: Pro Mi
nore vero si numerum sumpseris qui p-
xie sūpto vnitate maior sit. ita tamē qī

IIIIXX . I Arithmetices

superbipartientibus Minor semper sit
Ternarius vt.

14	3
28	6
42	9
56	12

Quadrupli super
bipartientes

17	3
34	6
51	9
68	12

Quincupli Su-
perbipartientes.

De Minori Inæqualitate &
eiusdem speciebus.

Caput XVII.

Minor inæqualitas, vt paulo superius diximus, est cum numerus minor maiori comparatur, vt 1 ad 2 & 1 ad 3. Habet autem eas, quas Maior inæqualitas, species iisdem quoque nominibus appellatas nisi q̄ singulis præpositio Sub præfigitur, vt dicāus Submultiplex sub super

Epitome Lib. I XXV

superparticularis & submultiple superpartiens.

Porro submultiplicis spēs. ut.

Subduplus : ad 2

Subtripus : ad 3

Subquadruplus : ad 4
&c.

Subsubparticulare species. ut.

Subsesquialter : ad 3

Subsesquitertius : ad 4

&c.

Omnis species maioris inæqualitatis, transit in minoris inæqualitatis speciem, si eidem præfigatur: Subminoribus numeris maioris præponatur in exemplis. Unde & omnium minoris inæqualitatis specierum inuentio, ex maiori petatur æquilitate.

Has numerorum collationes in utrāque inæqualitate factas, proportiones uocant.

De numero ad Geometricas
figuras pertinente.

Caput XVIII.

E 1

Arithmetices

Numerus Geometricus figuras secundum unitates ordinans aut Linearis est aut Planus aut Solidus.

PROPR.

Vnitas omnis, Geometrici numeri gerit imaginem.

DE LINEARI NUMERO.

Cap. XIX.

Numerus Linearis est qui à binario secundum naturalem numerorum seriem extenditur, ut 2 3 4 5 6 vel qui suis punctis numerum in unitatem resolutum designantibus secundum longitudinem describitur ut ● ● ● ● ● ●

De Numero plano.

Cap. XX.

Numerus Planus seu Superficialis est qui per unitates suas in longum, & latum

Epitome Lib. I. XXVI.

tum tenditur. vt 3 6



Internumerus Planos alius Trigonus est, alius Quadratus, alius pentagonus, alius Hexagonus, & sic specierū infinitas est. P R O P R.

Omnis numerus Planus ex Trigonis componitur.

Semper duo plani proximi ad se collati (vt Tetragonus trigono, Pentagonus tetragono, &c. triangulo sese transcendunt.

De Trigono.

Cap. XXI.

T rigonus est numerus planus qui vnitatibus suis rite dispositis tres angulos totidemque latera, ut Isopleuros

E apud

Arithmetices
apud Geometras, habet. vt



Inuentio.

Numeris secūdum ordinem naturā-
lēm ab vnitate dispositis: sequens ante-
uertentibus adiectus Trigonum consti-
tuuntvt,


1	
2	3
3	6
4	10
5	15
6	21

Trigonis sunt om-
nes.

Adhanc Trigonorum inuentionem
haud parum facere videtur Progressio
practicis numeri species.



Epitome. Lib: I. XXVII



Proprietates,

Quemadmodum vnitas numeri & α qualitas inæqualitatis, ita ternarius numeri Plani principium est.

Si à quovis trigono latus subducatur apparebit in residuo Trigonus proxime minor.

Omnis Trigonus duplatus: Altera parte longiorem constituit.

Trigonus cuiusuis altera parte longioris medietas est.

E ,

Arithmetices

Duo proximi quicq; Trigoni coniuncti Quadratum præbent.

Trigoni ab unitate si describatur, duos priores impares: sequentes duos pares: & sic alternis vicibus pares & impares ordinari est necesse.

Si Trigonum post unitatem signati fuerint: inter duos & duos disiunctim acceptos proportiones erunt, quæ inter numeros ab unitate, nullo intermisso, descriptive. vt

3	1
6	2
10	2
15	3
21	3
28	4

De Tetragono.

Cap. XXII.

Tetragonus seu Quadratus est numerus Planus qui secundum suas unitates in quatuor

Epitome Lib:I XXVIII.
in quatuor angulos & latera distenditur

ut 4 3 2 1

Inuentio.

Numerus ab unitate secundum naturalem ordinem digestis: si sequens antecedenti adiiciatur, vere Quadratum efficiet. Nominamus autem uere Quadratum cuius omnia latera sunt æqualia. ut

1	
3	4
5	9
7	16
9	25
11	36
13	49

Facit & ad hanc Inventionē cito protrahendam Arithmetica Progressio.

Quadrati sunt diversi. Nā alij latitudine æqualē habēt longitudini: & hos verè quadratos nō ino. Aliorū latera unitatis

Arithmetices

tantum differētia sunt diuersa vt bis tria
sunt 6 aut Ter quatuor 12. Quater quin
q; 20. Illos altera parte longiores Lōgi-
lateros vocāt. Alij deniq; sunt quorum
lateralia plusq; vnitate discrepant vt bis qn
q; sūt 10. Ter 6 sūt 18.



Bis qn q; sūt 10.



Ter 6 sūt 18.

Et illos antelongiores aut parte lon-
giores, aut vt valla, Prælōgos appellāt.

Inuentiones aliæ vere
Quadratorum.

Tetragoni ex duobus quibusq; pro-
ximis Trigonis oriuntur. vt,

	1	
	3	4
	6	9
	10	16
	15	25
	21	36

Omnis numerus semel in se ductus,
vere Quadruplum producit.

Altera parte longiores ab unitate sup-
ti: & proximi quicq; duo coniuncti sum-
mam præbent, cuius dimidium vere Te-
ragonus est.

Inuentiones altera parte
longiores.

Digestis à binario paribus: si sequens
antecedentibus iungitur , Altera parte
longioreni constituit. vt,

E;

Arithmétices

2	
4	6
6	12
8	20
10	30
12	42

Digerantur à binario pares : quibus à ternario impares ad latus applicentur.
 Deinde pares in impares & impares in pares alterna multiplicatione ducantur,
 & altera parte longiores producētur. ut

2	3	6 12
4	5	20 30
6	7	42 56
8	9	62

Vére Quadratis à quaternario dispossitis addantur numeri naturales à binario descripti & producentur Altera parte longiores. vt

4	2	6
9	3	12
16	4	20
25	5	30

Antelongiores omnes sunt qui producuntur ex multiplicatione numerorum quorum Major Minorē plusquam unitate excedit.

P R O P R.

Omnis Tetragoni vna iunguntur medietate.

Quadratus in Quadratum ductus,
Quadratum in Summa ponit.

Quadratus autem Altera parte longiorem multiplicans, Quadratum non producit.

Quadrati à Quaternario descripti & subtracti ab Altera parte longioribus à Senario digestis: ponunt in residuo numeros

**Arithmetices
meros à binario naturales**

**De Pentagono, Hexagono
alijsq; pleni numeri
speciebus.**

Caput XXIII.

VT Pentagonus quinq; sic Hexago-
nus sex angulos & æqualia latera conti-
net. Heptagonus, Octagonus, Hema-
gonus, Decagonus, &c: ex ipsa vocabu-
lis significatione describuntur facile.

Inuentio Pentagoni.

Trigonis ab vnitate digestis Qua-
drati à Quaternario descripti & additi.
Pentagonos generant. vt,

1	4	5
3	9	12
6	16	22
10	25	35

Alia

Epitome. Lib.I. XXXI
Alia.

Digerantur ab vnitate numeri naturales, & post vnitatem duobus obmissis sequens, vnitati adiectus. Pentagonum constituit. Simili modo in subsequentibus duo semper intermittuntur. & sequens cum prioribus numeris, qui duobus neglectis notati sunt, Pentagonū statuit, vt.

1	1	
2		
3		
4	4	5
5		
6		
7	7	12
8		
9		
10	10	22

Arithmetices
Inuentio Hexagoni.

